

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan


Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. 49. Anas domesticus. Zame Endte [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Tab. 49.



ptis, alii ex fructu foliis conglomera-
tis simili, qui, cum opportuno
tempore decidit in subiectam a-
quam, reuiuscit conuertiturque
in uiuam, oriri existimant. Isido-
rus, Alexander ab Alexandro, O-
laus Magnus, Hector Boethius, Sca-

liger, Meierus, Gesnerus et alii com-
muni famae ad stipulantur. Bataui
ex propria inspectione in Gronlandia
barniclas, quae ouis incubarent
pullosque educarent, sese in-

CAPV To II. Cetere de Anate

ARTICVLVS I. Anates in genere.

De Anate

Descri-
p.
tio.

Anas Graecis antiquis *νῆστα* uel
νῆττα, recentioribus *χῆνα* uel
παπιζα uel pappos, auis est apud
nos notissima. Dorsum ipsi et ro-
strum lata, pedes cartilaginosis mem-
branis interseptientibus ampli, crura
brevia crassa et retro uersus dispo-
sita, ut in natatione ualentius in-
stantes aquas propellere possent.
Gulam habent amplam, linguam
pleraeque interius asperiusculis u-
trinque eminentiis dentatam et quasi
plumatam. Musculos circa corpo-
ris superficiem separatos, interiores
albidos: quod si exteriores lieuant,
quod uero frigoris fieri uidetur, bo-
nam securoram aestatem rustici a-
pud Heluetios coniiciunt.

Locus.
Vetus.

Aquis tum, ut earum frigiditate
congenitam intemperiem, quae ca-
lida est, contemperent tum, ut pa-
bulum quoque naturae suae et pa-
lato conueniens illic quaeritent,
gaudent inque iis maximam tempo-
ris partem uersantur.

In cibo herbarum aquaticarum ra-
dibus et feminibus, uermibus et
animalium aquaticorum ouis, len-
ticula in primis palustri, quam Cre-
scientensis anatinam, aliu pauarinam
uocant, delectantur. Sunt, qui pi-
sciculis et limo uesci nec a uene-
natis abstinere, quod Scaligero pla-
cet, uolunt.

Theophr.
di caus.
Plantar.
l. 2.
Partus.

Quantum ad generationem, tan-
tae sunt auctori de natura rerum
salacitatis, ut plures mares solam
foeminam certam conueundo occi-
dant. Mense Martio et in sequen-

te concubunt. *Pariunt* iuxta a-
quas et rigua, pulli exclusi statim
recondita quadam natura aquam
prosequuntur et mox, ut ouum ex-
eunt, tanta agilitate uigent, ut, e-
tiam si matrem mori uel alienari
contigerit, sine nutrice uiuant. Su-
per omnia autem est earum ouis sub-
ditis gallinae atque exclusis admiri-
ratio, primo non plane agnoscens
foetum, mox incertos incubitus fol. *Plin. H.*
licite conuocantis, postremo la- *N. l. 10.*
menta circa piscinae stagna, mer- *c. 55.*
gentibus se pullis natura duce.

Vocem anatum auctor *Philomelae* *Vox.*
per tetrinire exprimit. Scaliger
quiritricem appellat. Foemina
crassior est, maris acutior.

Lente ob crurum breuitatem *ince- Incessus.*
dunt, ad natandum potius apti.

Ingenium ipsis cum austerbis fere *Ingenium.*
commune, aquilarum quomodo de-
clinare soleant ictus, Aelianus de- *Aelian. H.*
scribit. Merguntur, dum inuolant, *A. l. 5. c. 33*
et sub aquis natando ex alio loco
extra aquam eminent. Cum se se-
quis mergunt, plumas, cum pennas
rostro purgant diuque et multum
alas excutint, uentos spondere
Theophrastus, Aelianus et Plinius
tradunt. Ventris et intestinorum *Theophr.*
in bubus dolorem uisuntantium *designis*
natum leuari, easdem maiore pro- *uentor.*
fectu mulos et equinum genus *Plin. H.*
conspictu suo sanare Columellae et *N. l. 18.*
Vegetio placet. *Columel.*

Vsus in cibis notus est. *Cato Vsus.*
Censorinus aegrotis etiam, teste Plu- *Plutarch.*
tar. in *Catone.*